VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

de manu egyptii. & percussit eum hasta sua.
Hec fuerunt banaias filius ioiade. & ipse nominatus
inter tres robustos. et erat inter xxx. nobiliores.
Veritatem usque ad tres non peruenerat. fuerunt eum
s. dauid auriculario suo secreto. Asahel frater ioab
inter xxx. eleanan filius patruii ei de bethlehem.
semma de arari. elica de arodi. elas de sethi.
bira filius achis de thecua. abiezer de anathoth.
mobonnai de usathi. selmon achohites. maarai nechophathites. heleb filius
banaa. & ipse nechophathites. ithai filius
ribai de gebeth filiorum beniamin. banaia
anthathonites. & hai de torrente gaas.
abialbon arbathites. & maberth de beromi. eliaba de salboni filius asen. ionathan.
semma de gerodi. ahiam filius sarar arithites. eliphelech filius thaasbai. filius maachathi.
filiam filius achitophel gilonites. esrai de
carmelo. pharai de arabi. igaal filius na-
than de soba. bani de gaddi. selech
de ammoni. naarai de berothites armiger
ioab filii saruie.ira iethrites. gareb
& ipse iethrites. urias ethei. omnes tri
ginta septem. Et addidit furor domini irasci
contra israel. commouit quoque dauid in eis. dicens.
Vade. dinumera israel & iudam. Dixeque rex
ad ioab principem exercitus sui. Pambula os
tribus israel a dan usque bersabee. & numerate
populum. ut sciam numerum eius. Dixeque ioab regi.
Adiciat dominus deus tuus ad populum suum quantum
nunc est. centuplicet in conspectu domini
mei regis. Sed quid sibi uult dominus meus rex uult
huiusmodi. Optauit autem sermo regis
ad ioab principem exercitus. Egressusque est
ioab & principes multitudinis a facie regis. ut
numeraret populum israel. Cumque peruasissent
iordanem uenerunt in aroher. ad dexteram
urbis quae est in ualle gad. & plaiter transie
runt in galaad. & inferiorem
hodsi. & uenerunt in dan silueslria. circueun
tesque uenerunt usque sidone. & transierunt ad
munitionem tyri & omnem terram
euei & chananei. uenerunt quoque ad meridiem
iuda in bersabee. & lustrata uniuersa terra

affuerunt per viii. menses & uiginti dies in
ierusalem. Dedit ergo ioab numerum descriptionis
populi regis. & inuenta de israel octingenta mi
lia uirorum fortium qui educerent gladium. & de
iuda quinquaginta milia pugnatorum. Percussit
autem cor suum dauid postquam numeratus est populus.
Et dixit dauid ad dominum. Peccaui nimis
in hoc facto. precor domine ut transferas in
quitatem seruii tui. quia stulte egi nimis. Surrexit
itaque dauid mane. Et sermo domini factus est ad gad
prophetam & uidentem dauid dicens. Vade & lo
quere ad dauid. hec dicit dominus. Trium datur tibi optio.
eligere unum quod uolueris ex his ut faciam tibi. Cumque
uenisset gad ad dauid. nuntiauit ei dicens.
Aut vii. annis ueniet tibi fames in terra tua. aut
tribus mensibus fugies ad hostes tuos. & illi te perse-
quentur. aut certe tribus diebus erit pestilentia in
terra tua. Nunc ergo deliberato. & uide quem respondeam
ei qui me misit sermonem. Dixitque dauid ad gad.
Arctor undique nimis. Sed melius est ut incidam in
manu domini. multae enim miserationes eius. quam in manu
hominis. Immisitque dominus pestilentiam in israel de mane
usque ad tempus constitutum. Et mortui sunt ex populo a dan
usque bersabee. lxx. milia uirorum. Cumque extendis
set manum angelus domini super ierusalem ut disperderet
eam. misertus est dominus super afflictione. & ait angelo
percutienti populum. Sufficit. nunc contine manum
tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream
iebusei. Dixitque dauid ad dominum cum uidisset angelum
cedentem populum. Ego sum qui peccaui & ego inique
egi. isti qui oues sunt quid fecerunt. Yeratur obsecro
manus tua contra me. & contra domum patris mei. Ve
nit autem gad ad dauid in die illa. & dixit ei. Ascen
de & erige uiam domino altare in area areuna iebusei.
Et ascendit dauid iuxta sermonem gad quem pre
cepit ei dominus. Conspiciensque areuna animaduertit
regem & seruos eius transire ad se. & egressus adorauit
regem pronus in terram. & ait. Quid causae est ut
ueniat dominus meus rex ad seruum suum. Cui dauid ait.
Vt emam aream & edificem altare domino. & cesset
mortifera plaga a populo. Et ait areuna
ad dauid. Accipiat & offerat dominus meus rex. sicut
placet ei. Habes boues in holocaustum. & plaustrum
& iuga boum in usum ligni. Omnia dedit areuna regi.